SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal
San Gemini Preservation Studies
e Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini Onlus
www.sangeministudies.org

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e copie digitali fanno parte
dell' Archivio Storico Comune di San Gemini

Archivio Storico
Comune di San Gemini – TR

C
62/9

D.8 r

Calistus episcopus servus servorum dei. Venerabili fratri Episcopo Narnien salutem & apostolicam ben: Romani pontificis cunctorum fidelium status pensantes illis homines odiose pericula per que forte haberes ipse scandalosa et periculosa materia conspicit veritatibus evenire: Exhibita siquidem nobis pro parte dilectorum filiorum domus seu hospitalis sancti Geminj site extra et prope muros civitatis tue dict. et rectoris dicti hospitalis sancti Bartholomei de Collecapre in diocesi tue consistentis petitio continebat. Et in eis pretextu quarumdam Bullarum Beatissimi Tuderten. Narnien Ortan et Amelien Cathedralium ecclesiarum et earundem ac terris hominibus et societatibus dict. nostrum hospitalem prefatum seu domus constituta. In quo seu quas pauperes occulto dei iudicio lepre morbo infecti conspexerint recepere: Et non minus continet pauperes ipsos domunculas et domos privatas habitare: Ex quorum conversione aliis fidelibus eorum morbum ignorantibus periculum non modicum subesse dignoscitur: Quare pro parte nunc fratris et hominum fratrum hospitalis assistentium et prefati pauperes in quibusdam dict. et terris prefatis pro tempore existentes ad hospitale hmoi profecti: et varia sua adesse consueverint: Nobis fuit humiliter supplicatum: ut super his opportune providere de benignitate apostolica dignaremur: Nos igitur ad premissis certam noticiam non habentes hmoi supplicationibus inclinati: fraternitati tue per apostolica scripta mandamus: Quatenus si ita est omnes et singulos utriusque sexus personas hmoi lepre morbo ut premittitur et nostro respersas in Amelien Civitatum Beatissimi Tuderten Narnien et Ortan Cathedralium et dict. ac terris prefatis ubicumque tam in protectis quam aliis quibuscumque domibus siue locis etiam vel palam conversantes: et ad illas de quibuscumque mundi partibus confluentes: vt ad hospitale prefatum profici cantur ea nobis remanendum auctoritate apostolica prohibens pro parte dominorum et hominum predictorum fideles requisitus previa ratione compellas: Contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo. Non obstantibus si aliquibus communiter vel diuisim a sede apostolica indultum existat quod excommunicari suspendi vel interdici non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de huiusmodi indulto mentionem: cetuisque contrariis quibuscumque: Dat. Rome apud sanctum

1455 Petrum anno incarnationis dominice Millesimo quadringentesimo quinquagesimo quinto Sexto Kl. Martij. Pontificatus nostri Primo

Locus + sigilli plumbei

Fidelis Cruschiati

Scripsi: Ph: L: p:

Sabbatinus: de Spada

P. de Lynardis

Collatio huius presentis copie facta fuit cum suo originali per me Cancellarium Communis Sancti Geminj

Ego Conradus de Nicolis Sancti Geminj Caldarien. dioc. auctoritate mihi a priori dicte Terre S. Geminj Camere Superscriptum exemplum sumpsi copiavi et exemplavi fideliter et sine vitio scripsi et in eum processi dictis et subscriptione Cancellarie de anno 1455 Kl. Martii Lecto et concordato cum suo originali dicte Terre Sancti Geminj Camere Cancellarius Communis Sancti Geminj in fidem et testimonium premissorum hic me subscripsi et publicum signum apposui rogatus

Ego Nicolaus Sancti Geminj Caldarien. dioc. auctoritate mihi a priori dicte Terre S. Geminj Camere Superscriptum exemplum sumpsi copiavi et exemplavi fideliter et sine vitio scripsi et in eum processi dictis et subscriptione Cancellarie de anno 1455 Kl. Martii Lecto et concordato cum suo originali dicte Terre Sancti Geminj Camere Cancellarius Communis Sancti Geminj in fidem et testimonium premissorum hic me subscripsi et publicum signum apposui rogatus

© Tutti i diritti d'autore al documento ed alla copia digitale appartengono all'Archivio Storico Comune di San Gemini, TR
© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Archivio Storico Comune di San Gemini, TR